

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Qvaestio XLIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

voluntas ſemper optimam, *Gen. 50. v. 20. Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit in bonum.* Ita in crucifixione Chriſti fuit Diaboli & Iudæorum intentio, Chriſtum perimere, Dei autem, genus humanum redimere. Nulla igitur hic voluntatum conformitas, imò quæ fuerit intentio Dei, vel ignorabatur, vel non curabatur, & oppugnabatur à voluntatibus Diaboli & hominũ.

2. Differunt voluntates iſtæ cauſis impellentibus: Deus enim amore generis humani tradidit filiũ unigenitum, *Ioh. 3. v. 16.* Diabolus verò odio iracundia, vindictæ studio. 3. Deus non in hoc vel illo ſubiecto malitiam illam ponit, ſed potiùs cum in alio ſubiecto poſita ſpontè fuiſſet, eundẽ effectum potuiſſet aſſequi. 4. Neque in forma-

libus eſt conſonantia: Deus enim moderatè & certis gradibus vult infligi pœnas, homines autem ſine modo ſavire ſolent, *Eſa. 47. verſ. 6.* Ex quibus apparet, ſubordinationẽ voluntatis divinæ, diabolicæ & humanæ, quoad mali effectivonem, prorsus nullam eſſe, ut pluribus docetur in Schola Theologorum.

Proferuntur à *VViero* pro ſtabilienda ſua opinione adhuc aliæ rationes, quæ partim à *Iobanne Bodino* confutatæ, partim leviores ſunt, quàm ut cauſas ſeverioris ſententiæ, quæ lex divina & humana cum rationibus aliis validiſſimis ſtabilit, evertere poſſint, idcoque eas lubens prætermitto.

QVÆSTIO XLIX.

Quomodo puniantur Malefici ac Saga cum Dæmone paſſiſcentes, ſequè ipſi mancipantes?

S V M M A R I A.

1. Venefici ac Magi ultimo ſupplicio puniendi ſunt.
2. Quonam genere ſupplicii è medio ſint tollendi de Iure Civili. n. 3. 4. 5.
6. Arbitraria hodie eſt pœna Magorum. 40
7. Etiam juxta Sanctionem Carolinam & de Iure Saxonico. n. 8. 9. 10. 11.
12. Circa irrogationem pœnarum diſtinguendum eſt inter paſſionem expreſſam & tacitam cum Diabolo inſitam.
13. Paſſionis expreſſe pœna quanam, numer. 14. 16. 18. 19. 22.
15. Modus paſſiſcendi cum Dæmone.
17. Explicatio Conſt. Elect. 1. part. 4.
20. Horribiliſſimum delictum eiſus, qui Diabolo ſe mancipat. n. 21.
23. Quomodo puniendi ſint Malefici paſſiſcentes cum Dæmone, ſi nemini nocuerint? n. 24. 25.
26. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
27. Intellectus Ordinat. Criminal. artic. 109. num. 28.
29. Qua ſit pœna Sagarum cum Dæmone concumbentium. n. 44. 45. 46. 47.
30. Num Malefici ac Saga verè concumbant cum Dæmone:
31. Quidam hoc negant, n. 32.
33. Alii verò hoc affirmant.
34. Diſtinguendum eſt in hac quaſtione inter congreſſum & generationem.
35. Ex Satânico congreſſu proles naſci nequit, n. 37. 38. 39.
36. Calumnia Pontificiorum adverſus Lutherum.
40. Explicatio c. 6. Gen. v. 2.
41. Concubitus cum Dæmone verus fieri poſteſt. n. 42. 43.
48. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
49. Mulieres quoque Saga ac Lamia ignis ſupplicio puniri debent n. 51. 52. 53. 54.
50. Identitas rationis idem jus facit.
53. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
56. Reus puniri non debet, antequam de corpore delicti conſtet.
57. In crimine Sortilegii neceſſario conſtare non debet de corpore delicti, n. 60.
58. Sicuti nec in crimine Hæreſeos.
59. Ex indiciis & præſumptionibus conſtare poſteſt de ſortilegio.
61. In delictis occultis conjeſturata probatio pro plena habetur.
62. Quanam indicia corpus delicti probent. n. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70.
71. Penitentia an Magos à pœna ordinaria excuſet n. 72. 73. 76. 77. 78.
74. In dæo pœna delicti remittenda non eſt, etiam ſi fiat Chriſtianus.
75. Homicida licet ad aram confugiat, pœnam homicidii effugere nequit.
79. Sententia Scabinorum Lipſenſium.

Magos & Veneficos pœnis ſubjiciendos, in eosque à pio & Chriſtiano Magiſtratu ſeveriſſimè animadvertendum eſſe, contra *Ioban. VVierum de præſtig. Demon. libr. 6. capit. 23. & ſeq.* fundamentis ac rationibus ſat prægnantibus adductis, in quaſtione præcedenti luculenter fuit demonſtratum. Iam etiam diſpiciendum, quo genere ſupplicii ſint afficiendi?

Etenim capitaliter Veneficos atque Magos plectendos, ultimoque ſupplicio puniendos eſſe, nemo non pertinaciter inhærens opinioni admodum frivolæ *Ioban. VVieri* facilè negaverit, non modò adductus ad hoc autoritate Iuris Divini in *Exod. cap. 22. verſ. 18. Levit. 16. verſ. 27. 31. & ſeq. capit. 20. verſ. 6. & ſeq. Deuter. capit. 18. verſ. 10. 11. 12. 4. Reg. 17. verſ. 4. & ſeq. Jerem. capit. 15. verſ. 4. capit. 19. verſ. 5. Georg. Godelm. in*

tractat. de Mag. & Venefic. libr. 3. capit. 11. num. 6. & seqq. quod ad probandum id satis superque sufficiens & authenticum; sed & convictus iure Civili, quo æquè Venefici, qui artibus odiosis, tam venenis, quàm suffuris magicis homines occiderint, capite damnantur. §. item lex Cornelia de Sicariis. §. vers. eadem lege Inst. de publ. iud. l. nemo aruspices. §. §. fin. vers. etenim supplicio capitis. C. de malef. & Mathem. l. cetera 4. §. 1. ff. famil. erig. §. und. At, quo genere pœnæ Venefici è medio tollendifint, varietas textuum juris civilis adeò obscurum reddit, ut de hac re vix quicquam certi asserere liceat.

Quandoque enim Magi simpliciter capite damnantur. dict. §. 5. Inst. de publ. iudic. l. 5. §. fin. C. de malef. & mathemat. Quandoque viliores & humiliores bestiis subiiciuntur, altiores verò in insulam deportantur. l. eiuudem legis. 3. §. legis Cornelia 52. l. ex l. c. 13. ff. ad leg. Cornelia de Sicar. Alibi supplicium ignis & confiscatio bonorum in Magos statuitur. l. nullius aruspex. 3. in med. C. de Malef. & Mathemat. Aliter disponit l. multi magicis. 6. C. de malef. & Mathemat. Magos & Veneficos feriali peste absumi iubens. Aliaque Sanctio pœnalis depromitur ex l. si excepta 7. sub fin. vers. si vero convictus fuerit C. de malef. & Mathem. Quòd scilicet magi & Mathematici sint aculeo dediti, unguis que sulcantibus latera, perferant pœnas proprio dignas facinore.

Quæ sanctionum varietas Interpretes adeò involvit, ut de pœnis Magorum alii aliter senserint: Nonnullis, Incantatores, Aruspices, Divinatores, qui super furtis consuluntur, aut similibus rerum prædictionibus operam dant, vel alio modo invocatione nominis divini abutuntur, thesauros artibus magicis inquirendo, vel similia exercendo, item malis artibus aut elementa turbant aut vitam infantium labefactant gladio feriendos & decapitandos, l. 3. l. nemo 5. C. de malef. & mathem. Vid. Matth. Coler. part. 1. decis. 180. numero. primo. Nonnullis, indistinctè Sortilegos, Incantatores & Magos ignis conflagratione consumendos esse, existimantibus. Iodoc. Dambouder. in prax. crimin. c. 73. n. 1. & seq. Ioh. Bodin. in tract. de Dæmonom. lib. 4. cap. 5. pag. 640.

Quibusdam, pœnam mortis naturalis & bonorum confiscationis in Magos ac Sortilegos stantibus, non tamen expresso aliquo genere supplicii. Prosper. Farinat. in prax. crim. lib. 1. titul. 3. quæstion. 20. num. 88. Iul. Clar. libr. 5. sentent. §. haresis num. 25. Iohan. Harppr. in tractat. crim. §. item lex Cornelia. §. titul. de publ. iudic. num. 253. & seq. Herm. Vult. in dict. §. 5. num. 8. Paul. Chirland. de Sortileg. quæstion. 11. num. 5. & 7. Aliis aliter distinguentibus: Vid. Matth. Berlich. part. 4. conclus. 5. num. 30. & seq.

Vt non sine causa Veneficos atque Maleficos pro arbitrio iudicis puniendos, existimaverit, Iul. Clar. in dict. §. haresis. num. fin. sub fin. vers. sed de consuetudine hac pœna non servatur. Iacob. Menoch. libro secundo. arbit. iudic. 99. cent. 4. cas. 388. numero primo & seqq. Prosper. Farinat. dict.

quæstion. 20. numer. 89. Vbi enim pœna aliqua certa definita non est, arbitraria est animadvertio. Iason. in l. inhere 4. numer. 17. ibi: licet aliis ubi pœna non est expressè determinata. ff. de iurisdic. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temp. caus. 31. numer. 34. Iacob. Schult. ad Modest. Pistor. part. 3. quæstion. 104. numero nono Iacob. Menoch. de arbit. iudic. quæstion. libro primo. quæst. 86. num. 8. Ludolph. Schrader. in tract. feud. part. 10. sect. 19. n. 122. vers. eam ob causam.

Prout etiam pœna, de iure Canonico contra Veneficos introducta, de consuetudine non servatur, sed Veneficis & Magicis, tam Laicis, quàm Clericis pœna arbitraria imponitur, teste Panormit. in c. ex tuarum tenore. 2. ext. de Sortileg. Paul. Chirland. de Sortileg. quæst. 11. num. 7. vers. & circa præmissa nota & num. 10. sub fin. vers. in hoc iamen non recederem & numer. 23. sub fin. vers. ubi dicit, quod pœna istorum Prosper. Parin. dict. quæst. 20. n. 89. in fin. vers. & quod etiam de iure canonico. & num. 94.

Idque etiam convenire videtur Constitutioni 7. Crimin. Carol. V. in artic. 109. So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zugesüget / sol man ihn straffen vom Leben zum Tode / und man sol solche Straffe mit dem Feuer thun. Wo aber jemand Zauberey gebraucht / und darmit niemand Schaden gethan / soll sonst gestrafft werden / nach Belegenheit der Sache / darinnen die Urtheiler Nachs gebrauchen sollen / wie von Nachsachen hernach geschriben stehet. Vbi probè notandum, pro quantitate & qualitate facti pœnam ex arbitrio iudicis Magis ac Veneficis irrogandam esse. Non solum enim verba fin. dict. artic. 109. cum solummodo casum, quo nullum damnium maleficio datum fuit, sed & circumstantias alias, an nimirum pactum cum Diabolo inierint Sagæ, Christi fidem abnegando, & an simul Venere nefanda cum Dæmone usæ fuerint, aut quid commercii cum eo habuerint, attendi, & pro qualitate harum circumstantiarum ignis supplicium ad easdem extendi iubent, prout rectè advertit & verba d. artic. 109. sic explicat Georg. Remus in paraphr. dict. artic. 109. Petr. Theodor. in colleg. crimin. disp. 7. th. 6. lit. C. circa fin. A quo intellectu etiam non discrepat jus Saxonicum, quo is, qui magicis artibus utitur, etiam si nemini damnium dederit, cremandus igne est, artic. 13. Landrecht / libro secundo, in verb. Welcher Christen Mann oder Weib unglenbig ist / oder mit Zauberey umgeheth / oder mit Vergiffung / und der überwunden wird / die sol man auff einer Herten brennen. Veluti etiam olim Scabinos Lipsenses hunc textum generaliter intellexisse, sive nocitum fuerit, sive non, refert Matth. Coler. part. 1. decis. 180. num. 6.

Vt maximè autem ex hisce vincatur, tam in Imperio Romano, quàm in terris Saxonice regulariter Veneficos atque Magos flammis cremandos esse. Iohan. Georg. Godelman. in tract. de Mag. Venef. & Lam. libr. 3. cap. 11. numer. 17. & 19. Ludov. Gilhaus. in arb. iudic. crim. cap. 2. lit. 17. num. 7. & 16. Iohan. Harpr. in §. item Lex Cornelia de

de sicariis. §. num. 160. *Inst. de publ. jud.* Non tamen propterea verbis harum sanctionum strictè semper inhaerendum, neque omni casu, quo vel nocitum, vel non nocitum fuerit, Veneficis & Magis ignis severissima poena infligenda est. Non enim omnes Magi indifferenter Omnipotenti DEO Creatori suo renunciant, & cum Diabolo expressum fœdus pangunt, aut æquale cum eo commercium ac consuetudinem habent, neque pari modo omnes delinquant, *Johan. Georg. Godelm. de Mag. Venef. & Lam. lib. 1. cap. 9. num. 2. Chirland. in tract. de Sortileg. quest. 7. nu. 2. & seqq.* aded, ut si quisquam omnes omnino Magos poenæ æquali subijcere vellet, non parum à vero justitiæ tramite aberraretur, cum poenæ semper debeant commensurari delicto *l. perspicendum. 1. l. hodie. 13. ff. de poen.* Ideoq; prudentissimè Imp. laudatissimus Carolus V. Jurisperitorum arbitrio ac discretionem poenæ determinationem delinquendam existimavit, *dict. artic. 109. Ordin. Crimin.*

10 Quod ipsum D. Augustus Elector Saxonix exactiori studio perpendens, ne iudici in arbitrii sui examine ac moderatione occasio titubandi relinqueretur, poenam ignis ad eum solummodò casum restrinxit, quo Magi, fide Christianâ propositâ, cum Diabolo fœdus contrahentes ipsi sese obstringunt, statuens simul poenam gladii in eos, qui absque fœdere cum Dæmone commercium habent, aut aliis magicis artibus nocent, in *Constit. Elector. 2. part. 4.* in quo tamen ab Imperatore Carolo V. nequaquam dissentit, sed potius eiusdem sanctionem *artic. 109. Ordin. Crimin.* explicat, certum præscribens modum atque normam, juxta quam arbitrium suum iudex in puniendo Sortilegio regulare debet. Vnde fit, quòd etiam in casibus

11 "Sortilegii, extra territorium Electoratus commissi, Scabini juxta dispositionem Electoralis

12 "Constitutionis pronunciare soleant, ut sæpius observavi.

11 Respicit autem potissimum *Constitutio Electoralis* fœdus seu pactionem, quam Magi cum Dæmone habent ac contrahunt, & pro diversitate istius pactionis diversam poenam imponi jubet. Duplicem namque pactionem contra hi cum Diabolo, dixi *quest. præced. nu. 10. Vnam expressam*, quam faciunt Magi qui cum adorant, seque ipsi manciant, quam alii professionem sortilegii expressam appellant. *Alteram tacitam, sive implicitam*, quâ tenentur omnes alii, qui artes magicas exercent, & scienter inhaerent observationibus superstitiosis, quam vulgò professionem tacitam vocant. *Johan. Georg. Godelm. in tractat. de Mag. Venef. Lam. lib. 1. cap. 9. num. 2. Dan. Moller. ad Const. Elect. 2. n. 20. part. 4. Prosp. Farin. in prax. crimin. lib. 1. tit. 3. quest. 20. num. 77. Paul. Chirland. in tractat. de sortileg. qu. 3. num. 1. & seqq. Oldrad. conf. 210.* Ideoque etiam Constitutio prædicta Electoralis quoad poenarum interrogacionem, inter *pactionem seu professionem Magorum expressam, & tacitam* distinguit, eamque diversimodè pro qualitate ac gravitate criminis coërcet.

13 Pactionis expressæ cum Diabolo inita poena est ignis: qua afficiuntur Magi, qui scienter

se ad Dæmones convertunt, cum ipsis fœdus in eunt, ipsorum opem & consilium implorant, seque vicissim eis obstringunt, & se ipsis manciant. De quibus ita loquitur *Const. Elect. 2. part. 4. vers. Demnach* constituiren, in verb: *So jemand in Vergessunge seines Christlichen Glaubens mit dem Teuffel Vorbindnüss außrichtet/ umgehert/ oder zuschaffen hat/ das dieselbige Person / ob sie gleich mit Zauberey niemands Schaden zugesüget/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden sol.* Quibus verbis lat expressis denotantur ii, qui Deo Omnipotenti Creatori suo & fidei Christianæ renunciantes, Diabolo sese obstringunt & manciant, quod innuit vocabulum (*Vorbindnüss / da sich einer dem Teuffel vorbindet*) quod certè is facit, qui Dæmoni se manciant, tradit, & obsequium promittit, sperans vicissim ab eo opem & auxilium, quocunque etiam modo hoc fiat, verbis expressis solenniter, aut etiam facto ipso, mentem & voluntatem declarante.

Quandoque enim Malefici solenniter Dæmoni in solio Majestatis more Principis residenti, in universalibus congregationibus omnium Strigarum & Maleficorum cujuscunque generis Professorum, certis nocturnis horis, locis & temporibus Dæmonis arbitrio constitutis; Quandoque etiam citra solennitates & hominum multitudinem vel ipsi Dæmoni, vel eius nomine alteri malefico homagium, obsequium, & observantiam promittunt, seque ipsi manciant, suamque animam & corpus ipsi tradunt, abijciendo eo ipso fidem Christianam, rescindendo fœdus Baptismi; Sæpius etiam de superchirographum sanguine proprio scriptum exhibendo; Vel etiam ipso facto se Diabolo tradunt, dum nefandam cum eo libidinem exercent, quod tamen rarius absque fœdere promisso fieri solet. De quibus aliisq; modis ac solennitatibus professionis ac pactionis cum Diabolo inite, vid. *Paul. Chirland. in tract. de Sortileg. quest. 7. n. 27. & 28. q. 3. n. 2. & seqq. Johan. VVier. in tract. de præstig. Damon. lib. 2. cap. 4. Johann. Georg. Godelm. de Mag. Venef. & Lam. lib. 1. cap. 2. n. 7. & 8. Johan. Bodin. in tract. de Dæmonom. lib. 2. cap. 4. Iodoc. Damboud. in prax. crim. cap. 61. n. 115.*

Hi autem omnes cum Diabolo paciscuntur, seque ipsi obstringunt, implorantes ac sperantes vicissim ejus opem & auxilium, & dicuntur propriè Magi, Præstigiatores, Striges ac Lamie vel Saxe, *Joh. Georg. Godelm. dict. tr. de Mag. Venef. & Lam. lib. 1. cap. 2. n. 7. & lib. 2. cap. 1. n. 13.* Deq; hæc solummodò loquitur Constitutio Electoralis, reliquos Maleficos qui cum Diabolo expressè non paciscuntur, excludens. *Dan. Moll. ad dict. Const. 2. n. 21. p. 4.*

Neque aliud innuunt verba *dict. Const. (umgehert oder zuschaffen hat)* quæ non sunt ampliativa, sed explicativa, & ad præcedentia se referunt. Ut sensus sit, eos Maleficos flammis concremandos esse, qui abnegando fidem Christianam, cum Diabolo paciscentes se ei manciant, & vi eiusmodi pactionis postmodum cum Dæmone conversantur, ac commercii seu consuetudinis quid habent. Quæ explicatio convenit *1. verbis præcedentibus (in Vergessunge seines Christlichen*

Glaubens) quibus denotatur is, qui expressè Deo ac fidei Christianæ renunciat, (tacite enim quivis delinquens ac Reus cuiuscunq; criminis fidem negligit) quod absque dubio non facit, qui extra pactionem & obligationem cum Dæmone conversatur. 2. Idem que probant verba §. *subseq. in pr.* (da aber aufferhalb solcher Verbündnüssen.) Vnde colligendum, quod sanctio *precedentis* §. agat solummodò de iis, qui Dæmoni se obligant. 3. Neque alium sensum verba §. *finali dicti. Constit.* admittunt, ubi pœna gladii decernitur iis, qui cum Diabolo quid commercii habent, quod manifestè adverteatur dispositioni §. 1. Si & iste de consuetudine ac commercio cum Diabolo extra obligationem intelligi deberet.

¹⁸ Ex quibus apparet, verba prædicta *Constitut. Elector. §. 1.* solummodo loqui de iis, qui cum Diabolo conversantur, & cum eo consuetudinem habent, præmissa obligatione, qua se ipsi obstrinxerunt. De quibus absque dubio etiam accipi debet *art. 109. Ordin. Crimin.* So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zugesüget (scilicet vi obligationis seu pactionis cum Dæmone inita, cuius effectus præcipuus est nocere, id qui efficit, Diabolo auctori omnis mali maximoperè placet. *August. libr. 8. de civit. Dei cap. 22.*) soll man ihn straffen vom Leben zum Tode und man soll solche Straffe mit dem Feuer thun. Quæ pœna ceu crudelissima, delicto crudeli æqualiter correspondet. Cum enim homo Christianus verbo uno atque altero Deum blasphemans jure tam divino quàm humano, morte mulcandus sit, ut manifestum est ex *Recess. Imperii Augustani de An. 1530. & 1548. von den Gotteslästern. Ordin. Crimin. Carol. artic. 106. Constit. Elector. 1. part. 4.* quis est, qui negare ausit, severissima pœna plectendum esse eum, qui fide Christiana prorsus abiurata, diabolum, cui se totum mancipavit, ex pacto adorans, hostem Dei conditoris sui se esse profiteretur: quem admodum etiam *Bartolita* concludit *inter consilia criminalia à Iohan. Baptista. Zilleto edita, consil. 6. tom. 1.*

¹⁹ Multipliciter siquidem peccat, qui Diabolo se mancipat. Deo nempe Creatori suo renunciat, fœdus Baptismi rescindit, filium Dei abnegat, omnia Christianæ fidei documenta relinquit, Sacramenta Ecclesiæ projicit, pedibusque conculcat, Dei beneficia detestatur, nomen Dei blasphemis & convitiis horrendis afficit, Diabolo perpetuum vasallagium præstat, quod nunquam ad fidem Christi redire, nec Divina præcepta servare, sed Dæmoni perpetuis temporibus obedire, & continuè cum vocatus fuerit, ad ludos & congregationes nocturnas venire, & ea, quæ in eis per alios Veneficos fiunt, facere, sacrificiis illorum nocturnis adesse, solitasque preces & cultum præstare, Diabolum adorare, & vota quæcunque præstare contigerit, pro viribus adimplere, & quoscunque poterit alios ad eandem professionem adigere velit, denique animam & corpus suum Diabolo in æternam condemnationem tradit. *Paul. Chirland. in tractat. de Sortileg. quæst. 7. numer. 27. & 28. Ioh. Bedin. in tractat. de Dæmonom lib. 2. cap. 4. Iohan.*

²⁰ *Georg. Godelman. in tractat. de Mag. Venef. & Lam. lib. 1. cap. 2. n. 8. Iohan. Vier. in tract. de prest. Damon. lib. 2. cap. Iodoc. Damboud. in prax. crim. c. 61. n. 115.*

Quæ omnia horrenda sunt, ac horribilia, ut certè Magia ac Sortilegium facilè quævis alia delicta superet. Quamvis enim ab omnibus indifferenter Magis ac Sortilegis cuncta hæc non specialiter ac verbotenus promittantur, ea tamè sub pactione generali cum Diabolo inita comprehenduntur, & ab omnibus Diaboli fidelissimis, qui se suaque ipsi manciparunt fidelissimè præstantur, ut nullum prorsus dubium sit; quin eiusmodi pactio expressa cum Diabolo contracta ac inita, supplicium ignis mereatur.

²¹ Eaque pœna Primò Magis cum Dæmone paciscentibus non solum tunc infligenda est, quando hominibus vel jumentis damnum aliquod intulerint, quod pactionem prædictam ceu effectus infallibilis sæpissimè subsequitur; Diabolum namque auctor mali fideles suos indefinenter ad malum proximo inferendum instigat, & quia ipsemet sine consensu hominum damnum dare nequit, ut dictum & probatum ex Schola Theologorum, *quæstione precedentis, numer. 61. & seqq.* certè eo à suis ministris facilimè impetrato, lubentius, Deo permittente, omne malum, miseriamque in homines conjicit, quo casu pœnam hanc imponendam esse, vix quisquam hodiè dubitat ob textum manifestum in *artic. 109. Ordin. Criminal. in verb.* So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zugesüget &c. Idque luculenter probant *Sententia Scabinorum Lipsensium infra apposta.* Sed & eadem pœna Magis cum Dæmone

²² paciscentibus imponenda est, si nemini prorsus nocuerint, sed vel solum conventibus Diabolicis in monte Bructerorum interfuerint, vel cum Dæmone commercii quid habuerint, aut tantummodò eius auxilio confiderint, nil prorsus præterea efficientes. *Paul. libr. 5. sentent. cap. 23. Vvesembec. & Vult. in §. item Lex Cornelia de sicar. 5. Instit. de publ. jud. num. 8. Matth. Berlich, part. 4. conclus. 5. numer. 38. & 47. Dan. Moller. ad Constit. Elect. 2. num. 4. part. 4. Matth. Steph. ad artic. 109. Ordin. Crim. in fin. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. disp. 7. th. 6. lit. C. in fin. ubi etiam à Ienensibus *Mens. August. Anno 1608.* ita responsum fuisse, refert.*

²³ Tum, ob textum clarum in *Const. Elect. part. 4. §. 1. in verb.* Daß dieselbige Person/ob sie gleich mit Zauberey niemands Schaden zugesüget/mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und gestraffet werden soll.

²⁴ Tum, quod ignis supplicium statutum in Magos principaliter ob pactionem, quam cum Dæmone habent, ut modo dictum, accedentibus præsertim aliis gravissimis delictis, ut Apostasia, Idololatria, Blaphemia, & sæpissimè libidine nefandissima, quam cum Dæmone exercent &c. quapropter etiam paciscentes cum Diabolo, supplicio ignis plectendi sunt, etiam si nemini nocuerint.

²⁵ Et sic à Scabinis Lipsensibus sapius pronunciatum fuisse scio. *Vt ad consultationem Præscli in Obichensstein. M. Sept. A. 1594.*

It: Ad requisitionem Petri Stedlers in Verbis-
dorf. Mens. April. Anno 1615.

27. Neque hæc sententiæ adversatur *artic. 109. Or-*
din. Crim. Carolinæ, in verb: Wo aber jemand
Zauberer gebraucht, und damit jemand Schaden
gerhan hette/ sol sonst gestrafft werden nach ge-
legenheit der sache/ darinnen die Ortheller Nahrs
gebrauchen sollen &c. Quæ verba ignis sup-
plicium restringunt ad eum casum, quo Magi
artibus diabolicis hominibus nocuerunt, aliis
verò Magis, qui nemini damnum intulerunt,
pœnam arbitrariam mitiorem imponunt. Ete-
nim, prædicta verba *Ordin. Crim. art. 109.* de
magicis artibus vel præstigiis, quæ exercentur
extra abnegationem Divinæ Majestatis & pa-
ctionem cum Diabolo expressam, intelligenda
esse, ita ut pœnâ ignis eximantur solummodo
ii, qui extra pactionem expressam cum Dæmo-
ne initam artibus magicis nocere volentes, hoc
efficere non potuerint, tradit *Binsfeld. in l. 6. C.*
de Malefic. & Mathem. quæ explicatio placet,
quoque *Matth. Stephan. in not. ad art. 109. Ordin.*
Crim.

28. Quamvis hæc incepte quoque quis dixerit,
ex mente ipsius Ordinationis Criminalis, quæ
iudici eo casu, quo damnum datum non est, pro
arbitrio pœnam imponere permittit, ignis sup-
plicium ad pactionem cum Diabolo initam
extendi posse. Cum enim gravitas hujus deli-
cti tanta sit, ut sola pactio, quæ Sorilegise Dæ-
moni mancipant, facillimè alia quævis crimina
superet, quidni etiam ob eandem ignis suppli-
cium non minus, ac si damnum aliquod datum
fuerit, irrogandum esse iudex arbitratur. Vid.
Georg. Rem. in paraphr. ad art. 109. Const. Crim. s.
Carol. Petr. Theodor. dict. disp. 7. th. 6. lit. C.

29. Secundò: Infligendam quoque est ignis sup-
plicium Maleficis ac Lamiis, quæ cum Diabolo
concumbunt, ac nefandissimam libidinem ex-
ercent, licet verbis expressis sese ipsi non man-
cipaverint, nec obstrinxerint, vel certam pa-
ctionem injerint, *Georg. Rem. in paraphr. Ordin.*
Crim. art. 109. ubi & Matth. Stephan. circ. fin.

30. Non ignoro equidem, inter Sotos pariter &
Philosophos adhuc controversari: an Magi & Ve-
nesici verè & naturaliter cum Dæmonibus, puta viri-
um succubis, mulieres verò cum incubis concum-
bant, & rem Veneream habeant, Lamiæ, ac Sage
concumbant, exinde gravis fieri possint?

Plerisque hoc ipsum negantibus & asserenti-
bus, Dæmoniæ hæc concubitus saltem illu-
siones esse, quæ etiam honestis & probis mulie-
ribus accidunt, nec sobolem inde procreari pos-
se, *Nicol. Remig. in tract. de Dæmoniar. lib. 1. cap.*
6. Johan. Georg. Godelm. in tract. de Mag. Venef. &
Lam. lib. 2. cap. 5. n. 11. & seqq. Ludov. Gilhaus. in
arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 17. n. 13. Johan. Wier. in
tract. de præstigi. Dæmon. lib. 3. cap. 19. 20. & seqq.
Bierman. in disp. de Magic. action. th. 32. Martin.
de Arles in tract. de superstit. c. 7. Nic. Jaquerius
in flagel. heret. cap. 2. ubi scribit: Frequenter con-
tingit hominibus dormientibus, interius fieri repre-
sentatione quarundam rerum, quas tunc ita existi-
mant se facere, quas tamen realiter non faciunt, vel
habere, quas non habent, sed hoc duntaxat som-
nant. Udalr. Molitor de Lam. cap. 10.

In quâ sententiâ quoque est *Job. Richard. 32.*
conf. ut. quando scribit: Es ist ungläublich/ lau-
ter Gespenst und Träume von der Weiber leiblich-
en vormischungen mit den bösen Geistern/ un-
angesehen/ daß die inquisitores hereticæ pravi-
tatis ihres eigenen nutz halber/ und andere sol-
chen unglauben/ durch viel erdichtere und un-
gläubwürdige Exempet wie dieselbe in malleo
Malficarum, D. Chirlando und andern mehr/
so an den Vabsthum hangen/ gefunden wer-
den/ hefftig gestreket/ und so viel als gläublich
gemacht haben/ auch wieder alle vermunft und
natürlichen verstandt &c.

Aliis contrarium statuentibus, & Diabolo
cum Lamiis verè concumbere affirmantibus,
Paul. Chirland. in tract. de Sorileg. quest. 7. n. 12.
Thom. Erast. in repet. disp. de Lam. Johan. Bodin.
de Dæmon. lib. 7. cap. 2. ubi hanc sententiam
multis confirmat exemplis *Aut. Consult. Const.*
Saxon. tom. 1. part. 4. quest. 68. n. 1. & seqq.

Attamen hi meo iudicio male confundunt
hæc duo: An scilicet Dæmones verè cum ho-
minibus congregari & concumbere possint; Et
an cum iisdem Dæmones verè generare queant?
Quæ omninò à se invicem distinguenda sunt,
ut recte advertit *Dn. Petr. Theodor. in Colleg. crim.*
disp. 7. th. 3. lit. N. Ex Satanico enim congre-
ssu ne quidem ex alterius semine, quo Dæmon
forsan abstritur, protem nasci posse, facile con-
cesserim. Et eatenus negantium sententia

longè verissima est, quam etiam latius & docte
deducit ac probat *Jacob. Martin. in disp. de*
Magic. action. th. 10. & seqq. Jacob. Rex. Angl. 3.
Dæmonom. 3. pag. 159. Philipp. Ludov. Elieb. in
Dæmonom. quest. 9. Sicut enim mortale & im-
mortale, corporeum & incorporeum, sensus
particeps & expers sensus, adeò inter se disti-
dent, ut nullo modo uniri, & inter se jungi que-
ant, ita quoque nec Dæmoni cum homine prop-
ter summam naturarum planè incompatibili-
tatem discrepantiâ ea copula intercedere potest,
ex qua perfectum aliquod & absolutum con-
sequatur & oriatur. Neque semen à Diabolo
aliunde acceptum extra naturalia sua recepta-
cula vim vitalem retinere potest, Nec item se-
men prolificum à Dæmone tantâ celeritate per-
fertur, ne id in viâ spiritum vitalem & calorem,
sine quo tamen nulla procreandi facultas, amit-
tat, unde licet vel maxime eo momento, quo
mulier ad concipiendum optimè est disposita,
illud muliebri semini commisceat, nulla ta-
men gignendi causa esse potest, *Jacob. Mart. &*
Petr. Theodor. dict. locis.

Unde facillimè corrumpit calumnia, quæ nata
est. Martini Lutheri cospurcare auli sunt con-
tra ipsum Solem veritatis quidam Pontificii, ut
videre est apud *Benedictum. Genes. Professor. Pa-*
risiensem in horol. suo Coehleum, & alios, Diabo-
lum videlicet habitu & formâ mercatoris acce-
fisse Wittebergam, & fecerit hospitis sui fi-
ham, ex quâ execrabili & nefandâ commixtio-
ne Lutherus sit progenitus. Quod non modò
à nostris, sed etiam ab ipsâ veritatis luce jam-
dudum confutatum est, ut non tam Lutherum,
quàm Calumniatoris istos ad Diaboli profapiss
candidus quiuis referre possit.

Et

37. Er quamvis de paribus ex concubitu Satânico procreatis, ut Sylvanis, Satyris &c. ab historicis hinc inde multa proferantur, quo etiam pertinet historia de Merlino, ex Spiritu in hominis specie concepto, apud *Vincentium lib. 21. histor. cap. 30.* Exinde tamen generatio seu procreatio vera sobolis ex congressu Lamiarum cum Dæmone nequaquam evincitur, cum partus ejusmodi portentosi sint suppositivi, non autem ex propagatione aliqua orti. Uti sentit *D. Martin. Luther. in Dischreden/ tit. von Teuffel vnd seinen Wercken/ quando inquit: Wie werden aber die Kinder gezeuget? Darauf sage ich also/ daß diese Söhne sind auch Teuffel gewesen/ haben solche Leiber gehabt/ wie die Mutter; Es ist wahrlich ein greulich schrecklich Exempel/ daß der Saran so kan die Leute plagen / daß er auch Kinder zeuget; Also ist auch mit den Heyen in Wasser/ der die Menschen zu ihm hinein zeugt / als Jungfrauen vnd Mägde/ mit solchen er darnach zuhelt / vnd Teuffels Kinder zeuget/ denn sonst Kinder zeugen ein Göttlich Werk ist/ vnd da muß vnser Herr Gott Schöpffer seyn/ denn wir nennen ihn allezeit Vater / vnd muß auch die conceptio per constituta media per homines in einem momento geschehen/ denn er gebraucht zur Schöpfung der Menschen als ein Mittel / vnd durch dieselbe wircket er allein / vnd nicht durch den Teuffel/ darumb so müssen gestolene Kinder seyn/ wie denn der Teuffel wohl Kinder stelen kan / wie man bisweilen Kinder in Sechswochen verleuret / oder müssen suppositivi seyn/ Wechselkinder / die denn die Sacksen nennen Kiettröpfle &c. Refert etiam fœtum talem suppositivum, cum ad imaginem Virginis Mariæ in Heckelstadt portandus esset, respondisse cuidam Dæmoni ex aquis acclamanti, quo tenderet, cum tamen antea ne verbum ex illo sit auditum, imò tandem in aquas magna alterius Dæmonis conjubilatione immersum.*
39. Quod non parùm confirmant confessiones bene multæ (quæ in sententiis infra appositis verbotenus referuntur) Sagarum ac Lamiarum, perhibentium, partus à se ex concubitu diabolico procreatos fuisse instar vermium (solent ut plurimum vocari Elben/ Böse Dinger) quibus postmodum hominibus nocuerint, immisis eis per fascinationem in crura, brachia, aliavè hominum membra.
40. Neque hæc adversantur textui sacro *Genes. 6. v. 2.* ubi dicitur: Quod filii Dei ad filios hominum ingressi sint, atque genuerint potentes & celebres viros. Negat enim *Augustinus lib. 15. de Civit. Dei lib. 23.* per filios Dei ibidem intelligi angelos, sicut & ipse contextus verborum innuit; Cum enim præmissum esset, quod videntes Angeli Dei filias hominum, sumserint sibi uxores ex omnibus, quas elegerunt, mox adjunctum est: *Et dixit Dominus Deus, non permanebit Spiritus meus in hominibus his in æternum propterea quod caro sunt.* Adeoque per filios Dei verè intelliguntur homines, qui Spiritu Dei fuerunt facti Angeli Dei & filii Dei, sed declinando ad inferiora, homines dicuntur nomine naturæ, non gratiæ.

Hinc tamen non statim sequitur, ipsum etiam concubitum Veneficorum ac Lamiarum cum Dæmone esse fictitium; Quippe Sathanam cum Sagis verè non illusoriè congregi, jamdudum autoritate gravissimorum Virorum, ut *Hieron. Augustin. Isidor. Mall. malef. Paul. Chirland. Binsfeld. Jacob. Reg. Angl Thom. Enst. Mart. Delrion. Philipp. Lud. Elich. & aliorum,* eonvictum, & innumeris ferè confessionibus Sagarum, expositis cum omnibus circumstantiis, ut ex sententiis *Scabiorum Lipsensium infra subjectis* luculenter apparet, comprobatum est. Idemque sentiunt communiter Theologi nostrates, apud quos Sagas & Lamias cum Diabolo coire, extra controversiam est, teste *Frideric. Balduin. in casibus. conf. lib. 3. cap. 5. cas. 13. pag. 761.*

Certè enim opus hoc Diaboli naturæ non repugnat, ut qui Spiritus est fornicationis & spurcitæ, *Os. 4.* Et si enim Dæmon verè carne & corpore destituatur, certum tamen est, eum sibi corpus, idque vel mortui cadaver, vel ex vaporibus, ut puta, aere, terrâ, & aquâ concretis, densatisque molem, quæ & videri & palpari possit, circumdare. Et tali assumpto corpore, suis sæpissimè se imponit vel supponit amatis & amatoribus, ut vel cum juvenibus, vel formosâ virgine se coire opinentur, *Petr. Theodor. in Colleg. crim. disput. 7. th. 3. lit. N.* Hæcque ipsa quoque fuit sententia *Lamberti Daniæ de concubitu Satânico, in Eth. Christian. lib. 2. cap. 14.* ita scribentis: *Septimo denique loco quæsum est de Dæmonibus, utrum cum iis conjungi, copularique, prohibeantur homines, & femina? Et dubitant quidam, utrum id fieri & accidere possit; Qui si legerint, quæ scribit Augustin. in lib. de civit. Dei. de Dæmonibus & eorum naturâ, & ut pati queant, itemque, quod omnes admittunt, Dæmonum alios esse incubos, alios succubos; Certè fatebuntur, id esse verum, & sæpe mulieres maleficas cum Dæmonibus coisse, & ex eo coitu voluptatem sensisse, ex earum confessione scimus. Illi enim ad tempus induunt corpora, & aeris impulsu potest excitari irritatio, jucundusque aliquis in coitione sensus, qui re ipsâ concumbentes cum illis delectet.* Hactenus *Danzus.*

Taliter ergo concumbentes Maleficos ac Sagas cum Dæmone, siquidem cum eo pactæ fuerint, eique se verbis expressis mancipaverint igne è medio tollendas esse, ob clara verba *Constitutionis Electoralis*, dubitandum prorsus non est. Idque ex observantiâ & sententiis *Scabiorum Lipsensium* satis superque compertum habemus.

Quod, si verò Sage ac Lamie nullo initio fœdere aut pacto, quæ verbis expressis se Diabolo manciparunt, cum eo nefandam libidinem exercuerint, an & tunc ignis supplicio affici debeant? dubitari posset propterea, quod Constitutio Electoralis de eo solummodò casu, quo fide Christianâ sepositâ, Malefici Dæmoni se tradunt, loquatur. Quo minùs tamen hoc casu à poenâ ignis recedamus, gravitas delicti & atrocitas detestandæ ac nefandissimæ libidinis nos monere atque impellit. Quis enim negare ausus fuerit, si non

41.

42.

43.

44.

45.

24. Quæ sit poena Sagarum ac Lamiarum cum Dæmone concumbentium?

si non gravius, æquè tamen graviter peccare eum, qui cum Spiritu immundo concumbit, atque illum, quo contra naturam generis cum brutis animalibus Sodomiam exercet? quem igneis flammis comburi jubet *Ordin. Crim. Carol. V. Imp. art. 116.*

- 46 Certo quoque certius est, Sagas ac Lamias cum Dæmone concumbentes, ipso facto non minus ac verbis expressis se Diabolo mancipare. Commiscendo se cum Spiritu immundo, corpora sua ac membra, quæ vasa sunt Spiritus sancti, Dæmoni subiciunt, & sic fide Christiana prorsus se posita per commixtionem cum ipso quasi una caro fiunt. Ut vel solùm implicitè hic casus sub dispositione *Electoralis Constitutionis* sit comprehensus. Quò etiam referri possunt *verba Constitutionis* (umgehet oder zu schafsen hat) quibus concubitus vel Sodomiam Saticanicam intelligi, nemo facillè negaverit. Idemque statuit *Matth. Steph. in annot. ad artic. 109 Ordin. Crim. Carol. & Georg. Remus in paraphras. dict. art.*

- 48 *Quæ sententia jam dudum quoque complacuit Scabinis Lipsensibus, delectantibus supplicium ignis Lamias ac Sagis, Sodomiam cum Dæmone exercitiam confessis, etiamsi de fœdere aut pactione quadam peculiari nequaquam constiterit. Vernigerodam An die Befehlshabere! M. Jun. Anno 1583. Ad consultationem Quæstoris in Bommern! M. Sept. A. 1584. Quæstoris in Lauchstedt M. Febr. A. 1604. Ad eundem, Mense & Anno eodem. Quæ sententia hisce formalibus fuerunt concepta: So mchtet sie von wegen solcher mit dem Teuffel gehabten Gemeinshaft, und auch begangenen und betangeten unmenschtlichen Unzucht mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden / B. N. W. Ad consultationem Quæstoris Sangerhusani. M. Jan. A. 1608.*

- 49 Tertiò: Quoad pœnam ignis ob fœdus cum Diabolo initum vel Sodomiam commissam, Maleficis infligendam, nil prorsus refert, an ei sint masculini vel fœminei sexus. Cum enim fœmine pariter ac masculi in hoc genere delicti eodem planè modo peccent atque delinquant; utique & Maleficos ac Magos absque differentia sexus eodem supplicio plectendos esse, firmiter concludimus, ob identitatem rationis, quæ idem jus facit, *Lillud 32. ff. ad Leg. Aquil. his solis. 7. §. actionem 2. C. de revocand. donat. c. inter corporalia 2. vers. unde cum non sit extr. de transt. Episc. Gloss. in l. cum certum 19. in verb. equitativatio C. ad Leg. Falcid. glos. in c. fraternitatis 17. in verb. novis. vers. & ubi est eadem ratio ext. de testib. Bald. in l. quoniam intelligitur 5. n. 4. vers. nam cum procedat per eandem rationem & c. ff. de his qui not. infam. Panorm. in c. quoniam frequenter 5. in 1. resp. n. 6. vers. si ergo eadem ratio est ext. ut lit. non contest. Andr. Tiraquell. in regul. cessante causa part. 1. n. 156. Modest. Pistor. conf. 16. n. 13. lib. 1. Matth. Coler. de process. execut. part. 4. c. 1. n. 38.*

- 50 Sexum quidem fœmineum aliqui deplorant, eò, quod aniculæ ad melancholiam pronæ sint, quæ misericordia potius, quàm tanta severitate sint dignæ; Sed non omnes fœminæ vetulæ sunt

sed interdum etiam statæ ætatis, quin & puellæ vix 12, aut 15, annorum, in quibus malitia superat ætatem. Quod si provectioris ætatis, propterea non sunt meliores, sed ex diuturniore exercitio suæ artis, inveterata est in ipsis malitia, adeoque severiorem pœnam merentur, quo diutius peccarunt. *Frider. Balduin. in cas. conscient. lib. 3. c. 5.*

Ideoq; D. Augustus Elector absque discrimine sexus, pœnam ignis Maleficis imponit in *Cöstit. 2. part. 4. in verb. So jemandes. Item: Das dieselbige Person: c.* Quibus verbis utpotè generalibus uterq; sexus exprimitur: Nam id dicitur expressum, quod generalibus verbis profertur. *Bartol. in l. Prator ait, 20. §. interdictum hoc 1. n. 1. ff. de oper. nov. nunciat. & in l. heredes 1. n. 7. vers. primo modo expressum & c. in l. Centurio 15. n. 4. vers. ego dixi ff. de vulg. & pupill. substit. Gloss. in l. si. in verb. specialiter C. quod cum eo qui in alien. potest. Andr. Tiraq. de legib. connub. in gloss. 7. in verb. express. n. 87. Jacob. Schult. in annot. ad Modest. Pistor. part. 4. quæst. 155. n. 24. & quæst. 163. n. 18 Henning. Goden. conf. 4. n. 10.*

Quinimo in sanctione §. subseq. quæ Maleficos, qui absque fœdere cum Diabolo inito; artibus magicis damni quid dederunt, gladio puniri iubet, uterq; sexus verbis exprimitur, *ibi: So soll der Zauberer/ Mann oder Weibes Person.* Unde colligendum præcedentem §. non minus loqui de Maleficis sexus utriusq; quoad supplicium ignis iis infligendum, qui inito cum Dæmone fœdere ipsi se manciparunt, vel cum eodem libidinem nefandam exercuerunt.

Neque etiam Lex Divina discrimen facit inter mares & fœminas, juniores aut adultas, sed indefinitè dicit: *Sive vir. sive mulier. in quibus est Cythonicus, vel drvinationis Spiritus, morte moriatur. Lev. 20. v. 27.*

Idemque responsis suis comprobaverunt Scabini Lipsenses, quæ infra posita inspicere licet.

Quo minus tamen prædictis casibus judex pœnam ignis severissimam Maleficis ac Lamias indicat, commoveri potest conclusione Interpretum firmissima, quæ antequam de corpore alicuius delicti certò constet, contra Reum procedi, illumq; puniri non permittit. *l. 1. §. item illud ff. ad Syllan. ubi Bart. Bertran. consil. 257. col. 1. vers. adde prædictis vol. 3. & conf. 258. col. 3. vers. quatenus verò vol. 1. Blanch. in præct. in pr. nu. 1. & seqq. Proff. Far. in præct. crim. lib. 1. tit. 19. 2. Anton. Gabriel. lib. 7. concl. 17. n. 4. Foller in præct. crim. in verb. capiat. informationem n. 3. & seqq. Egid. Boss. in tit. de delict. n. 1. & 14. Roland. conf. 51. n. 9. & seqq. vol. 1. Inl. Clar. in præct. §. fin. qu. 4. in pr. Hippol. de Marsil. in præct. crim. in pr. n. 5. & seq. Ut maximè confessio delinquentis adsit clara & cathgorica, Bart. in l. Divus ff. de milit. testam. Bald. in l. un. C. de confess. Fel. in c. auditu col. 16. de præscript. Nicol. Boer. dec. 164. n. 8. Gigas de Crim. lesa maiest. lib. 2. tit. quomodo & per quos crim. lesa maiest. lib. 2. tit. quomodo & per quos crim. qu. 1. n. 5. Indubitatum verò est, hoc in casu, quo à Maleficis damnum aut noxa illata non est, de facto, pactione nempe cum Diabolo inita, vel Sodomiam cum eo commissam, certò constare non possit.*

Quapropter non ineptè forsan quis dixerit, in Crimine Maleficis speciale hoc esse, ut Reus con-

confessus condemnetur, nec executionem pœnæ impediri, etiam de pactione inter Reum & Diabolum contractâ, vel concubitu Satânico non constet. Quod sensisse videtur *Iohan. Bodin. lib. 4. de Damonom. cap. 3.* ubi scribit, in hoc super alia omnia tam turpi, tam horrendo & detestando, omnique parricidio detestabiliori, in quo tam difficiles sint probationes, tamque abdita scelera, ut à millenis vix unus merito supplicio affici possit, nihil necesse esse, religiosè hærere quemquam regulis procedendi, sed extra ordinem oportere fieri illius iudicium, diversâ à cæteris criminibus ratione. Idemque de Lamiis, quæ ad ludos se processisse confitentur, asserit *Fran. de Ponziomb. in tract. de Lamys. n. 70. & seqq. Arn. Alber. de agnos. assert. cath. & hær. 9. 25. n. 1. & seqq.*

58 Nam & in crimine hæreseos ex solâ voluntate quem condemnari posse, etiam de delicto aliter non constet, vulgo tradunt *Dd. Bald. in l. si quis circa pr. vers. Venio ad oppositiones C. de Episc. & Coler. Francisc. de Ponziomb. dict. tract. de Lamis. num. 52. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæstio. 4. vers. scias tamen. & quæst. 55. vers. quomodo autem, Arn. Albert. dict. quæstio. 25. Ludov. Carrer. in pract. in tract. de hær. n. 85. vers. item prædictas personas.* Inter Hæreticos autem & illi referuntur, qui fœdus aut pactionem cum Diabolo contrahunt; *Paul. Chirland. in tract. de Sortileg. quæst. 10. n. 10. & Iul. Clar. dict. quæstio. 4. vers. potest etiam contra.*

59 Turtius tamen, meo iudicio, agit hæc in re iudex, antequam pœnam decernat, studio sagaciori perpendens circumstantias & indicia delicti quævis, an scilicet talia sint, quæ ipsum de crimine Maleficii commissio certum facere queant, inductus ad hoc *Ordin. Crim. Carol. art. 60.* sic disponente: *So auff erfundene redliche Anzeigung esner Missethat haben / peinliche Frage vorgenommen / auch auff Bekännniß der befragten fleißige mögliche Erfundigung und Nachfrage geschicht / und in der selb bekantter Thathalb / solche Warheit befunden wird / die kein unschuldiger also sagen und wissen könnte / als denn ist derselben Bekännniß unzweiffelicher beständiger Weise zugläubt und nach gestalter sache peinliche Straffe darauff zu urtheilen.*

60 Neque enim criminis confessi certitudo alia requiritur, quam quæ haberi potest. *Iohan. Georg. Godelm. in tractat. de Mag. Venef. & Lam. lib. 3. cap. 10. num. 47. Dan. Moller. ad Constit. Elector. 2. part. num. 15.* Vnde in delictis occultis & difficilis probationis, sufficit de eorundem corpore constare per conjecturas. *Egid. Boss. in tit. de delict. num. 20. Foller. in pract. crimin. verb. capiat informationem. n. 78. vers. fallit tamen. Prosper. Farinac. in prax. crimin. lib. 1. tit. 1. quæstio. 2. num. 12. Gabriel. lib. 7. conclus. 17. num. 14. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 66. in princip.* Et in ejusmodi delictis occultis præsumptiva & conjecturata probatio pro plenâ & concludenti habetur, *Bald. in l. quicumque col. 6. vers. 8. nota C. de serv. fugit. Dec. in c. lices causam num. 12. in fin. de probat. Nicol. Boer. decis. 164. n. 4. Hercul. in tractat. de negat. n. 309. & 317. Tib. Decian. cons. 18. n. 21. lib. 1.*

61

Ex quibus verò præsumptionibus & indicis certitudo Malefici colligi queat, certo definitur nequit, se prudentis iudicis arbitrio res tota committenda est. Varia namque indicia, quæ crimen Maleficii probabiliter probare possunt, à Doctoribus referuntur; Veluti si Lamia hoc crimen confessæ cum aliis certis & convictis Magis sapius consuetudinem & familiaritatem habuerint, *Ordin. Crim. artic. 44. in verb. Auch sonderliche Gemeinschaft:* Similis enim simili plerumque adhærescit, *Arg. l. 3. §. nullus ff. de excusat. tutor. l. item apud Labconem. 15. §. 18. ff. de injur. nullus. §. 1. ff. de act. cent. l. adles. 25. §. Pedius. ff. de ad. edict. Zanger. de quæst. & tort. cap. 2. nu. 204. Iohan. Bodin. de Damon. lib. 4. cap. 4. pag. 610. Petr. Binsfeld. in l. fin. de indic. crimin. malef. indic. 5. de malefic. & Mathemat.* Aut si cubili, domoque Saga momento aberit foribus oclusis, quæ vesperi incubuerat lecto suo, ac postea in idem cubile revertatur, *Iohan. Bodin. Damon. lib. 4. cap. 2. pag. 558. Iohan. Zanger. dict. cap. 2. n. 200. in med. vers. aut si cubili domove.* Vel, si Lamia oculos fascinat, incantatque carmine, *Iohan. Zanger. dict. capit. 2. n. 220. Matth. Berlich. part. 4. concl. 4. num. 57. & 58. Iohan. Bodin. dict. cap. 2. p. 558.* Aut si flere & lachrymari non possit, *Paul. Chirland. in tractat. de Sortileg. quæst. 9. num. 3. vers. Et ego aliâ habui in factis. Iohan. Georg. Godelm. in tractat. de Mag. Venef. & Lam. lib. 3. numer. 29. Iohan. Bodin. dict. lib. 4. cap. 1. vers. exploratum autem illud est, & c. 4. post. med. vers. alia quoque præsumptio est: Berlich. dict. conclus. 4. numer. 60.*

64 Ex damno etiam artibus magicis illato hominibus vel jumentis, probabiliter colligendum, fœdus aut pactionem cum Satanâ fuisse contractam, ut quæ potissimum eo tendit, quo Dæmonis auxilio fieri aliis etiam quasi beneficia præstando, ut *Augustinus inquit, noceant, Dan. Moll. ad Const. Elect. n. 8. part. 4.*

65 Evidens præterea & permanens factum præsumitur, imò potius probatur, si instrumentum obligationis, mutique inter Magum & Diabolum pacti ab eo subsignatum reperiat in scrinio eius, *Iohan. Zanger. in tract. de quæst. & tortur. cap. 2. n. 200. vers. Eodem modo si reperiat Iohan. Bodin. de Damonom. lib. 4. c. 2. post pr. vers. si instrumentum obligationis pag. 557. Matth. Berlich. dict. conclus. 4. n. 55. Ioh. Georg. Godelm. in tract. de Mag. Venef. & Lam. lib. 3. cap. 8. n. 8.*

66 Vel, si Saga cum Dæmone sermones habere, eumque invocare deprehendatur, *Ioh. Bodin. dict. lib. 4. cap. 2. pag. 55. Ioh. Zang. dict. cap. 2. n. 200. Iohan. Georg. Godelm. dict. cap. 8. n. 9.* Et quæ sunt præsumptiones & indicia alia, ad torturam aliâs sufficientia, quæ partim in *Ordin. Crim. Carolin. art. 44.* referuntur, reliqua verò iudicis arbitrio relinquuntur.

67 Imprimis autem confessio Rei cum aliorum Magorum ac Lamiarum convictarum confessionibus conferenda est, ac probè advertendum, an cum iisdem concordet & conveniat, quæ concordantia veritatem ac certitudinem delicti probabiliter importat. Scribit enim *Iohan. Bodin in lib. de Damonom. passim.* omnium quotquot sint vel in remotissimis & longissimè distitis

Q. 6.
Quædo & quomodo in hoc crimine de corpore delicti debeat constare nequam pœna decernatur?

diffitis terris, Magorum confessionis similes esse & concordantes. Quod ipsum quoque ex confessionibus Sagarum & Maleficorum, ad Collegium Electoralis Sax. Scabinatus ex variis, multumque distantibus locis Germaniæ transmissis se compertum habere tradit. *Daniel. Moller. quondam Assessor istius Collegij gravissimus, postea verò Aula Elector. Saxon. Consiliarius, ad Const. Elect. 2. n. 8. part. 4.*

68 Cuius assertioni ut egomet subscribam, impellunt me sententia Scabinorum infra apposita, in quibus Sagarum ac Lamiarum confessiones referuntur quam plurimæ, quæ ferè omnes ex parte conveniunt. Inter reliqua observari potest, quòd omnes ferè unanimiter deponant. Dæmonem, quem vocant *Jhren Juncker* oder *Buhlen* / in formâ quidem viri aut juvenis vestimentis induti, sed ungulam aut pedem bovis, vaccæ, aut equi habitis sibi comparuisse. Sic quando concubitus cum Dæmone se habuisse fatentur, conveniunt in hoc, quòd semen & membrum virile fuerit frigidum, item, Dæmonem nomine peculiari & sapissimè Johannis ab illis vocari voluisse, & quæ sunt alia, quæ ex dictis sententiis deponi, ac iudicem de maleficii crimine concurrentibus indicibus aliis certum reddere possunt.

71 Circa pœnam ignis Maleficis infligendam, scitu quoque dignum est, quod scribit *Iohann. Georg. Godelman. in tractat. de Mag. Venefic. & Lam. libro tertio. capit. 11. numer. 45.* pœnitentiam scilicet Magorum & Lamiarum delictum & pœnam minuere. Quod alii solummodò restringunt ad Magos, Veneficas & Lamas, quæ simpliciter à fide retrocedentes cultum & obedientiam Dæmonis sequuntur; secus si pactum cum Diabolo faciant, Christi fidem abnegent, & se iterum in nomine Diaboli baptizari, aliudque nomen sibi superimponi patiantur, quo casu pœnitentes pœnam promeritam non effugere, tradit *Paul. Chyland. in tractat. de Sorvileg. quæstion. 7. numer. 35. in med. vers. & nota unum valde singulare. Iohann. Wier. in tractat. de præstig. Dæmonom. libro sexto. capit. 17. post pr.* Alii aliter hec ipsum explicant, ut videre est apud *Matth. Berlich. part. 4. conclus. 5. numer. 75. & sequent.*

72 Etè mihi videtur distinguere *Iohan. Bodin.* An Magi & Veneficii iam accusati à iudice præventi maleficium fateantur, & pœnitentiam agant; An verò nec accusati nec præventi à iudice, à maleficio desistant, pœniteant, & fidem Christianam recipiant, *in tractat. de Dæmonom. libro quarto. capit. 3. post princip. vers. nam opinio est. pag. 580. capit. 5. post med. vers. plerique etiam Doctores. pag. 674. & seqq.* quem sequitur *Dan. Moller. ad Const. Elector. 2. part. 4. numer. 26.*

73 *Priori casu* pœnam nec mitigandam, nec remittendam, sed malefici Reos præcisè ignis supplicio puniendos esse aiunt: Alias enim quivis facillè Reus cuiusvis delicti accusatus & incarceratus pœnam ad minimum ordinariam effugere possit. Quis enim tam insanæ mentis, qui iam in vinculis constitutus, medium elabendi habens, istud non apprehenderet?

Neque enim Iudæo, si de furto vel homicidio commissio convictus respiscat, Christianus fiat, & baptizetur, pœna ordinaria mitiganda est. *Decian. in e. qua in Ecclesiis. col. fin. extr. de Constit. Iohan. Bodin. in tractat. de Dæmonom. lib. 4. cap. 5. ubi Paduæ ita servatum fuisse dicit, post med. vers. in hanc sententiam pag. 674.* Sic & homicida, etiam si ad monasterium vel aram confugiat, pœnâ ordinariâ plectendus est. *c. inter alia. 6. extr. de immun. Eccles. Novell. 17. c. non permittas. 4. Jul. Clar. libro quinto. sentent. 5. fin. quæst. 30. numero nono. & 11. Dan. Assessor. dict. Constit. 2. pag. 4. numer. 26. Adatib. Berlich. dict. conclus. 5. numer. 76. Didac. Covarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. numer. 7.*

At casu posteriori, si nempe Magi ac Lamiæ nondum accusatæ vel incarceratæ veram agant pœnitentiam, à frædere cum Diabolo inito recedendo, pœna ignis ordinaria mitigari, in eiusque locum pœna mitior nempe gladii substitui potest.

Et si enim post delictum commissum pœnitentia regulariter ab omni pœnâ non excuset, *l. qui ea mente. 65. ff. de furt.* adeò ut etiam pœna imposita pro delicto in foro conscientie, non liberet delinquentem à pœnâ imponendâ in foro contentioso. *Aretin. in c. accusasti. numer. 5. extr. de accusat. Jul. Clar. in præf. criminu. 5. fin. quæstion. 16. numer. 5. vers. item quero & quæstion. 57. vers. sed nunquid. & quæstion. 60. numer. 21.* Ab ordinaria tamen pœna Reus nondum accusatus vel incarceratus pœnitens liberari, eaque hoc casu mitigari potest; per ea quæ tradit *Andr. Tiraguell. in tractat. de pœn. temper. quæstion. 60. Petr. quæst. 32. numer. 22. & seqq. part. 2. Prosper. Farinac. part. 5. oper. crim. quæst. 124. n. 170. & seqq.*

Veluti etiam in crimine furti D. Augustus Elector fures pœnitentia ductos, res furtivas, antequam deprehensi in carcerem coniciantur vel accusentur, restituentes, vel illarum nomine domino satisfaciunt, non pœnâ laquei ordinaria, sed mitiori quadam, ut carceris, relegationis vel fustigationis puniri iubet, *Constit. 32. in fin. part. 4.*

Hæcque sententia placuit quoque Dn Scabinis di-
79
stantibus pœnam gladii Lamiæ cuidam, qua nondum incarcerata vel accusata, recedendo à pactione cum Diabolo contractâ, pœnitentiam egerat, hisce formalibus: *Hat E. S. in schärffer Frage* betande vnnnd außgesagt / daß sie George Heydenmans Pferde vnd Viehe / desgleichen Johan Aclero maunen eine Kalbe vnnnd brann Pferd / durch Zauber vnnnd getödet / vnd were von Gott dem h. Ern abgefallen / mit dem Teuffel ein Verbündniß gemacht / gebulet / vnnnd vielfältige Gemeinshafft / nach fernern Inhalt ihrer Aussage / gehabt. Sie hätte aber sieben den gehaltenen Lang in der Walpurgis Nacht des 58. Jahres / ihren Eulen / Strauß genandt / abgeschafft / denselben entfaget / vnd sich zu Gott wiederkehrer: So bleibet sie mit der ordentlichen Straffe des Jerswers verschonet / Sie wird aber gleichwohl von wegen ihrer Vordrechung / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billig gestrafft / B. R. W. Nach Dresden / an Thomas Mollen / Churfürstl. Sächf. Amtmann zu Eisenach / sampt Meingische / Churfürstl. Sächf. vnd Hessische Ampelcut. *Mon's Julio, Anno 1586.*